

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9754

**Auteur(s) :** Robert Ier, Alençon (comte)

**Bénéficiaire(s) :** La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1191, 7 mai - 1217]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert, fils de Jean [Ier], comte [d'Alençon], notifie et confirme la donation faite aux moines de Saint-André-en-Gouffern par Guillaume de Cramail et sa femme Jeanne, fille de Gervais de Montgaroult, de tout ce qui appartient au fief de Gervais de Montgaroult. Pour cette donation, les moines leur ont donné vingt-deux livres d'Anjou.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6512/1.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 66-71, p. 417.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Robert Ier, comte d'Alençon, le 7 mai 1191 – v. 1217.

Texte d'après A

Universis sancte matris Ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint, Robertus filius comitis Johannis salutem in domino. Noverit universitas vestra quod Willelmus de Crasmail et Johanna uxor ejus, filia Gervasii de Montgaroh, dederunt et concesserunt coram me in puram et liberam et perpetuam elemosinam Deo et Beate Marie et monachis Sancti Andree de Boscho omnia illa que eis jure hereditario pertinebant de feodo Gervasii de Montg[aroh pa]tris predictae Johanne, scilicet in in (sic) herbergagiis, in virgultis, in terris, in pratis, in b[oscis, in] hominibus, in aqua, in molendino, et in omnibus aliis rebus. Pro qua elemosina con[ceden]da et d[imitenda, predicti] monachi dederunt predicto Willelmo et Johanne uxori ejus XXII. libras Andeg[avensium .....] Johanna ejus hec omnia fideliter tenenda et cum omni posse suo eisdem monachis [.....]res defendenda et garantizanda, coram me super sacrosanctum Evangel[ium] juraverunt. Et [sciendum] etiam quod sepedictus Willelms concessit coram me memoratis mona[chis quo]d si forte contigerit ut ipse vel Johanna uxor ejus vel heredes eorum non possint aut non velint defendere et garantizare illis prescriptam elemosinam, et idem monachi per difectum eorum de eadem elemosina aliquid perdiderint, ut ipsi monachi habeant et possideant in escambium sepedicta elemosine omnem suam hereditatem ex integro quam tenet de Willelmo de Braiose et de aliis dominis suis, salvo jure eorumdem d[omin]orum suorum. Et ut sepedicti monachi hec omnia libere sicut suam puram

elemosin[am in perpet]uum possiderent, prescripte actionis [.....]em presentibus litteris annotari et sigilli mei f[eci munimine] confirmari. Testibus his, Herberto de Berneriis, Willelmo Sanson, Rogero Osenne, Roberto Nich[.....] Raasgum, Roberto Baisneis, Johanne de Valtort, Ricardo Ra..., Ggi, Symone Lusco, magistro Willelmo, Malreg[.....] et pluribus aliis.